Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros partitum

Laymann, Paul

Moguntiæ

8. de Cæremoniis huius sacramenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Visual Library

non ſit, veniale tamen eſt, per negligentiam intermittere, cùm ſit quædam incuria, ſeu prodigalitas ſpiritualis boni.

Propter contemptum & ſcandalum ſecutu- 2
rum, fieri poteſt, vt peccatum mortale ſit, Extremam Vnctionem intermittere, V. C. ſi infirmus ſine cauſa renuat ſuſcipere, poterunt alij moneri ad huius ſacramenti vili penſionem.

Non curantes inungi infirmum peccant venialiter, ſecus ſi cum ſcandalo, & contemptu.

Parochus ratione officii obligatur ſub morta- 3
li, ad miniſtrandum Extremæ Vnctionis ſacramentum, petenti.

Cap. VIII.

De Caremoniis ſeu ritibus miniſtrandi hoc ſacramentum.

SI periculum propter mortis acceleritatem in 1
mora ſit, ſtatim ad ipſas vnctiones, quippe ſacramento eſſentiales accedendum eſt & tempore peſtis. Orationes verò poſſunt ſuppleri in Eccleſia, Inſeruire etiam poterit peſtis tempore vſus virgæ argenteæ oblongæ ad vngendum è loco remotiore cauſa vitandæ contagionis.

In dubio, num adhuc viuat qui vngendus eſt, 2
ſub conditióne ſacramentum miniſtrari poteſt, V. C. ſi non eſt mortuus.

NB. Vnctio immediatè manu ſacerdotis facta, & in formam crucis, ad accidentales ritus pertinet.

Sacer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sacerdotes infra palmam, vel in exteriore manus parte vngi ſolent, quamuis nihil refert, etiam in ipſis palmis inungi, cum hæc vnctio ab altera diuerſa ſit,

Nihil obſtat S. Viaticum dari etiam poſt acceptam extremam vnctionem, eò quòd S. Euchariſtia finis ſit, ac perfectio reliquorum Sacramentorum, quam proinde decet animæ præbere, poſtquam alijs Sacramentis plene purgata eſt. Seruanda tamen eſt Conſuetudo Eccleſiæ, cui nequaquam aduerſatur, quominus poſt acceptam S. Euchariſtiam & Extremam Vnctionem, ſi infirmus aliquanto tempore viuat, & Viaticum iterum petat, ei miniſtrari debeat.

TRACTATVS IX.

De Sacramento Ordinis.

Cap I.

Quid ſit Ordo.

1 ORdo eſt parium, diſpariumq; rerum, ſua cuique loca diſtribuens diſpoſitio, ſic inter Angelos nouem Ordines reperiuntur: inter homines quoque in quouis Exercitu bono inſtructo, in quauis Republica: ſtatus reperiuntur quorū vnus altero ſuperior, aut inferior eſt, vt ordo ſenatorius eque-